

# IASADO LETTI

DE LIBERIS RE-  
CTE INSTITV  
ENDIS,  
LIBER.



VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.



APVD SEB. GRYPHIUM  
LVGDVNI,

1533.

Num. 45. Cap. 2. num. 36.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum.

# IAC. SADO.

LETI AD GVLII

ELMVM BELLAIVM

*Langeum, De liberis rectè in-*

*stituendis Liber.*



VRIPIDIS est, in An-  
dromacha opinor, nō tam  
formam foeminae, q̄ uirtu-  
tes esse quæ delectent con-  
iugem. Te uerò Guliel-  
me Bellai, optime amico-  
rum omnium, quanta oportet affici uolu-  
ptate: qui eam uxorem nuper duxeris, cu-  
ius ad egregias animi uirtutes atque dotes  
species ac forma adiuncta sit, digna electis-  
simis moribus: quos habuit quidē illa unde  
disceret, nata in familia nobilissima, & in eis  
educta quotidianæ uitæ consuetudinibus,  
quæ splendorem & elegantiam optimi ge-  
neris apprime redolerēt. Sed tibi certè con-  
tigit ex tui animi sententia, ut talem habe-  
res, qualem semper optasti. Nam cum etiam  
tu antiqua nobilitate, & claris maioribus  
procreatus, plura, ac multò præstantiora

